

lata est, & onerata, idque jure, & autoritate confirmat Tiberius Decianus in *cons. 31. ex num. 11.* usque ad *n. 31. vol. 4.* & omnes prædicti tanquam indubitata tradunt, atque unanimiter duo.

50 Primum quod spurii sunt infames, turpes, & viles, ut latè probavit Decianus *dict. cons. 31. ex num. 15.* usque ad *n. 24.* Joannes Vincentius Honded. in *cons. 47. ex n. 21. lib. 2.* ubi *num. 23.* extendit ad eum, qui expositus fuit Hospitali, ut si non probetur legitimus, turpis persona dicatur in proposito, de quo latius Malvasia *dict. cons. 24. per totum.*

52 Secundum, quod filius Presbyteri dicitur infamis infamia facti, turpis, & vilis, & comprehenditur sicut spurius sub dispositione *dict. l. fratres. C. de inofficioso testamento,* ut institutus eis, querelari possit testamentum à fratre præterito vel exheredato, ut latius per Antonium Gomezium, Menchacam, Thesaurum, Decianum, Hondedeum, & reliquos citatos *suprà;* id tamen existimavit verum Alvarus Valascus *consultatione 17. n.*

53 3. nisi filius Presbyteri sit alius vir probus, & honestus, & maxime si ad officia publica sit admittus: tunc enim dicit, quod absq; dubio non censetur turpis persona, ut querelari possit testamentum propter ejus institutionem, & quod ita judicavit Senatus Ulyssiponensis. in quodam filio Presbyteri Portuensi & Aedilitia dignitate decorato, instituto hærede ab uxore sua, & exheredato fratre, ut non possit testamentum querela proposita rescindi, quasi talis non corruptis moribus notatus, nõ sit censendus turpis persona, & sequitur Valascus Antonius Thesaurus *decisione Pedemontana 126. n. 6.* ubi generaliter dicit quod si iste spurius aliis virtutibus esset illustratus, & decoratus, ita ut fratre præterito dignior esset: tunc non haberet locum querela, argumẽto text. in *cap. nunquam de vitis,* & in *cap. Apostolica,* & *cap. sequent. 56. distinctione,* Blasius Flores Diaz de Mena in *addit. ad decisionem 143. Gama. in principio. fol. 61.* ubi scribit in hunc modum: *Fallit tamen, si tales bastandus esset notabilis, aut valde honorata persona, ex propriis meritis, & personâ;* & ita dicitur *judicatum Alvarus Valascus, ubi supra.* Et in effectu idem videtur probare novissime Andreas Fachin. *controvers. jur. lib. 4. cap. 93. ad finem,* juxta distinctionem quam adducit, ut resolvat, an contra spurium querela detur fratri: expendit autem Valascus pro hac sententia, aut communis resolutionis limitatione, nonnulla fundamenta, quæ augeantur ex fundamentis adductis in simili per Antonium Thesaurum *dict. decisione Pedemontana 126. n. 3. 4. & 5.* latius per Tiberium Decianum in *consil. 31. ex num. 1.* usque ad *num. 11. volum. 4.*

55 Hæc sciens, consulto; prætermitto nec ideo refero, quod in simili casu, nempe in spurio hærede scripto, & proprio fratre testatoris præterito, qui spurius erat Tabellio, & officium Tabellionatus exercebat, item qui erat Clericus habens primam clericalem tonsuram, & quatuor minores Ordines, & Capellaniam, eratque adolescens bonis moribus præditus, optimæque vocis, existimationis, & famæ, contrarium observavit ipse Decianus; ad quem nullus prædictorum advertit, nec refert eum *dict. consil. 31. per totum, volum. 4.* ubi adeo cõcludẽter satisfacit omnibus, quæ pro Valasco excogitari possunt, & suã sententiam sic eruditè tuetur, ut nihil ultra desiderari possit, nec eo prælecto, ullo modo limitatio, aut declaratio Valasci defendi: inter alia tamen, quæ consideravit *ibidem,* ex *n. 25. cum seqq.* ut responderet his, quæ ex *n. 1.* usq; ad *n. 11.* adduxerat pro contraria parte *dicto num. 11.* rectissime adnotavit, in proposito casu stare regulam certã in jure, quod frater præteritus, vel exheredatus, possit querelare de inofficioso testamento fratris, in quo instituta est turpis persona, aut levi etiã macula notata, ut dicit text. in *dict. l. fratres, C. de inofficioso testamento.* Quanquam ergo constet, ut ipse Author dicit *n. 24.* institutum esse quantumque probum, honestum, & virtuosum virum; non propterea definit esse infamis, aut macula quacun-

que notatus, quoad infamiam facti, hæc enim tolli non potest nisi per expressam remissionem, ac indulgentiam Principis, nec tollitur ex eo, quod spurius sit probus, aut honestus, aut quibuscumq; virtutibus condecoratus, ut de se patet apertè, sic, ut eo vel tantum verbo subvertantur omninõ & Valasci rationes, & Antonii Thesauri, Blasique traditiones prædictæ, quæ verè repugnant comuni Doctorum resolutioni, de qua *suprà,* ex *n. 46. cum seqq.* & verbis text. in *dict. l. fratres,* ibi: *Vel levis nota macula aspergantur.* Quis enim negavit, etiam omnibus qualitatibus prædictis in spurio concurrentibus, adhuc vel levis saltem notæ maculam remanere: quod vel solum sufficit, ut dicebamus *suprà,* *num. 48.* in id referentes Joannem Vincentium Hondedeum in *consil. 47. volum. 2.* qui *num. 30. & 31.* clarè videtur in hanc partem inclinare, sed Deciani mentionem non facit, Præter etiam de *interpretatione ultim. volunt. lib. 5. dubitat. 1. num. 70.* Naturalis verò filius, quod hodie saltem attentis legibus hujus Regni, turpis persona non dicatur, cum in nobilitate patris succedat, & consequenter quod comprehendere non debeat sub decisiones *dict. l. fratres, C. de inofficioso testamento,* rectè advertit Blasius Flores Diaz de Mena in *addit. ad decisionem 143. Gama, in versiculo,* & licet aliqui dicant, qui tacuit Antonium Gomezium *tom. 1. variarum, cap. 11. num. 38. in versic. sed hoc admitterem.* Grassus *§. testamentum, quest. 46. num. 9.* sic ante ipsum dicentes.

CAPUT XX.

De jure representationis in Majoratu.

Repræsentatio utrùm locum habeat in successione Majoratus, in quo proximior vocatur, vel continuo admitti proximiores cavetur: ubi quæ hucusque in proposito scripserunt alii, suo ordine, & distinctè recensentur in unum; Ludovici Molinæ & aliorum sententia meliùs quàm antea erat, corroboratur; & nonnullis noviter & verè ab Authore adnotatis, dilucida traditur, & vera ratio *l. si libertus præterito, §. 1. ff. de bonis libertorum,* ad quam, ut videbis Lector, cæteri hactenus Scribentes non sic animadvertabant.

SUMMARIUM.

- 1 Olim inter antiquos Juris Scriptores, ingentem fuisse, ancipitem, & ferè inextricabilem controversiam super causa nepotis, & patris, quoad inducendum, vel impediendum effectum representationis in fideicommissis, & Majoratibus.
- 2 Tamen nepotis causam adversus patrum, ferè apud omnes nationes, & gentes, quoad Majoratus successione potiore fuisse, prout remissivè demonstratur hoc *n. ubi* quamplures Authores recensentur in unum, qui de præfata altercatione, longa, & diffusa nam tractarunt.
- 3 Nepotis, & patris controversiam quoad successione Majoratus, sublata ex decisione quarundam legum hujus Regni, maxime ex verbis *l. 40. Tauri,* ex quibus præcipuum hujus Capituli dubium descendit, prout hoc *num. adnotatur.*
- 4 Repræsentatio utrùm exclusa censetur ex eo, quod Majoratus institutor vacaverit proximioribus ad Majoratus successione, vel continuo admitti proximiores voluerit, & *num. seqq.*
- 5 Repræsentationem exclusam censeri in proposito casu, ex sententia multorum, qui hoc *n. præcitantur, sed contra defenditur infra ex num. 7.*
- 6 Et ejus sententiæ fundamenta & rationes, item & solutiones earum adducuntur remissivè, & de hac re Joannes Gutierrez commendatur.

7 Repræ-

- 7 Repræsentationem excludere non videtur, qui ad successione Majoratus proximiores vocavit, nec aliud adjecit, ex quo voluntas excludendi repræsentationem deprehendi possit, ex sententia quamplurimum, quæ ab Authore probatur, & *n. seqq.*
- 8 Repræsentationis virtute, remotior judicatur propinquior, & qui admittitur per repræsentationem, non dicitur corrumpere gradum, sed potius gradum repræsentare.
- 9 Glossæ sententiam in *l. cum ita, §. in fideicommissis,* verbo, proximo, ff. de legatis 2. veram esse, & communiter receptam, quatenus repræsentationem admittit, quando ii, qui proximiori gradu procreati sunt, ad fideicommissum vocantur.
- 10 Tiraquelli consideratio in hac materia, noviter expenditur, & probatur per Authorem.
- 11 Statuta strictissimam interpretationem recipiunt, nec plus valent quam sonant.
- 12 Nihilominus tamen, si statutum ad successione aliquam proximiores vocaverit, non censetur repræsentationem excludere.
- 13 Majoratus institutor, etsi ad successione proximiores vocaverit, dici non potest quod exclusit eum, qui per repræsentationem contendit admitti, quia talis potius videtur proximior esse, eo quod si pater ejus viveret, proximior esset, & reliquos excluderet; & sic ipse quoque proximior censendus est, & debet alios excludere, prout hoc *num. & sequent. latius probatur.*
- 14 Repræsentans patrem, vel alium, in ejus locum subintrat, & cum omnibus qualitatibus proximitatis, & prælationis, quas ipse pater habebat.
- 15 Subrogatum sapit naturam ejus in cujus locum subrogatur.
- 16 Et utitur eidem jure, & privilegiis, quæ habebat ille, in cujus locum subrogatur.
- 17 Patrem si filium eandem personam esse, & non videtur desicere patrem, cum superest filius ex illo, idque non modo secundum fictionem, sed nec etiam juxta naturam.
- 18 Pater si primogenitus erat, aut primus in successione, filius etiam judicari debet primus, aut primogenitus in eadem successione.
- 19 Nepos dicere potest se primogenitum, sicut poterat, & potest dicere pater ejus, si viveret; eo quia portio paterni corporis transmissa fuit in procreationem filii, quæ portio licet conversa in novum hominem, propter novam, & diversam animam, tamen negari non potest, quin remanserit vera caro, & corpus patris.
- 20 Adducitur præcipuum motivum *l. 2. titulo 15. partita 2. in versiculo;* è aun mandaron que si el hijo mayor.
- 21 Text. in authent. de hæredibus ab intestato, §. reliquum, in versiculo, hujusmodi vero privilegium, pro opinione relata *suprà,* *n. 7. & probata n. seqq. optimè,* ac vere ponderatus.
- 22 Fundamenta omnia, quæ communiter expendi solent contra sententiam probatam *suprà* ex *n. 7. cessare omnino ex rationibus adductis numeris præced. Item ex his, quæ hoc n. & duobus seqq. adnotantur.*
- 23 Interpretatio fieri non debet contra id, quod verisimile est, aut magis communiter practicatur.
- 24 Proximitatem in successione Majoratus, respectu ultimi possessoris considerandam esse, ex veriori, & recepta magis sententia.
- 25 Majoratus institutor, etsi ex verbis, & facultate *l. 40. Tauri.* vocare possit eos, qui revera proximiores sunt, & repræsentationem excludere; id tamen fecisse credendum non est, ex eo dumtaxat, quod dixerit se proximiores vocare, ne uno dumtaxat verbo, omnia jura repræsentationis, & legum hujus Regni dispositiones evertisse dicatur, nec se cum de Joan. del Castillo Quotid. Controv. Juris Tom. 11,

cisione ipsarum legum conformare voluisse.

- 26 Expressio eorum, quæ tacitè insunt ex natura ipsius rei de qua agitur, nihil debet operari, neque immutare naturam illius rei, præsertim cum verba expressa sint eo modo, quo inerant.
- 27 Repræsentationem in successione Majoratus exclusam non censeri ex vocatione proximiorum, inevitabiliter deduci ex *l. 2. titulo 15. partita 2. §. leg. 40. Tauri, inducendo eas leges prout hoc n. adnotatur.*
- 28 Ad excludendam repræsentationem, utrum necessaria sit expressa dispositio, vel sufficiat tacita ex conjecturis deducta, per totum *n. ubi Did. Covar. Ludovic. Molin. & aliorum resolutiones probantur, atque ex illis evidens, & conclusens ratio deducitur pro sententia, quæ defenditur supra, ex n. 7. cum sequent.*
- 29 Voluntas incerta non attenditur, ut recedatur ab eo quod est certum.
- 30 *L. si libertus præterito, §. 1. ff. de bonis libertorum, expenditur, fortius quàm adhuc inducitur, & Ludovici Molinæ solutionem defendi posse ostenditur, prout hoc n. adnotatur, & vide infra, n. 35. & seq. ubi nova traditur, & vera ejusdem legis interpretatio.*
- 31 *Lege 12. tabularum, in successione avi ab intestato, nepotem in locum patris prætorum succedere, atque repræsentando eum, cum patruo simul ad successione avi vocari.*
- 32 Idque in successione ascendentium tantum admissum fuisse; nam a nati transversales secundum gradus prærogativam vocabantur.
- 33 Nec filius repræsentabat gradum patris sui prædefuncti.
- 34 Justinianus vero in transversalibus primi gradus hoc emendavit, statuitque, in successione fratris defuncti admittendos simul cum patruo, hoc est cum fratre, alterius fratris filios superstites, sed extra filios fratrum, repræsentationi locum non esse.
- 35 *L. si libertus præterito, §. 1. ff. de bonis libertorum, verus, & proprius intellectus adducitur.*
- 36 Rolandi traditio in proposito *d. l. si libertus præterito, §. 1. ff. de bonis libertorum, novè consultatur per Authorem.*
- 37 Jafonis, & Riminaldi solutiones, in eodem proposito rejiciuntur.

PRO hujus Capituli expedita, atque absoluta explanatione, constituendum erit in primis, olim inter antiquos Juris Scriptores ingentem fuisse, ancipitem, & ferè inextricabilem controversiam super causa nepotis & patris, quoad inducendum, vel impediendum effectum repræsentationis in fideicommissis, & majoratibus: Tamen nepotis causam adversus patrum, ferè apud omnes nationes & gentes, quoad Majoratus successione potiore fuisse, ut scribitur post alios Covar. *practicarum quest. cap. 38. n. 6.* Molina. de Hispanorum primogeniis, *lib. 3. cap. 6. n. 2.* & magis veram, & communem sententiam profitentur innumeris, qui hac de re tractarunt latissimè, ac etiam utriusque partis rationes, aut fundamenta congeserunt in unum Rodericus Suarez, Tiraquellus, Gualdenis, Didacus del Castillo, Antonius Gomezius, Antonius Gabriel, Burgos de Paz, Covar. Molina, Joannes Gutierrez, & Velasquez de Avendanno, quos refert novissimè Hieronymus de Cævallos *practicarum communium, quest. 197. per totam, fol. 285.* Bellon. Decianus, Burlatus, Menchaca, & alii, quos adducit Grassus *§. fideicommissum, quest. 11. in principio.* Jacobus Mandellus de Alba in *consilio 60. lib. 1.* Hieronymus Gabriel in *cons. 107. ex num. 5. lib. 1.* Cephalus in *cons. 692. à n. 10. & in cons. 694. à n. 3. lib. 5.* Alexand. Trentacinq. de substitut. parte 4. c. 7. ex *n. 57. cum sequent. optimè* Joseph. de Rulicis in *cons. 2. impresso post tract. an. & quando liberi, per totum. Mantica de conjecturis ultimarum voluntatum, lib. 8. tit. 10. num. 9. fol. 342.*